Vigesima Tertia Maij, Anno Millesimo Sexcentesimo
1188 Sexagesimo Nono ratione suprascriptorum Conscripto,
et Actis quibusuis Authenticis Regni cum interpositio
ne Vadij Summae Viginti Quattuor Millium florenorum po
lonorum roborato, manibus contrahentium subscripto, et
sigillis binis obsignato, eiusque Inscriptione Roboratoria
quietat, emittit, remittit, liberumque et absolutum per-
petuo pronunciat. Contractum praenominatum eiusque In-
scriptionem roboratoriam, cum omnibus Conditionibus, li-
gamentis, et nexibus, in toto et per omnia cassat, mor-
tificat, et annihilat praesentibus, ac de bonis condescen-
dit. Recognoscens sibi summae memoratae Viginti Qua-
tuor Millium florenorum polonorum plenariam et sufficien-
tem praestitam persolutionem.

Castellanus Premysliensis Zurowskiemu Roborat.

640 Comparens personaliter, coram Officio, et Actis praesen
tibus Castrensibus Capitaneatus Premysliensis Illustris et Ma
gnificus Martinus Constantinus a Siecin, in Krasiczyn
Krasicki, Castellanus Premysliensis. Sanus mente et cor
pore existens, a Terris, Districtibus, Iuribus, Iurisdictio
nibusque suis quibusuis propriis et competentibus recedendo,
praesenti vero Castrensi Capitaneatus Premysliensis Iurisdictioni,
quo ad Actum hunc attinet, se cum successoribus, bonisque
suis generaliter omnibus, totaliter et plenarie incor
porando, atque subijciendo, palam, libere, publice, ac
expressum recognouit. Quia ipse se ac suos successo
res, inscribit super bonis suis generaliter omnibus, sum-
misque pecuniarijs quibusuis habitis et habendis, in
scribit et obligat praesentibus, scriptum certum manu
ale, per se Recognoscentem, in rem et manus Generosi
Andreae Zurowski, ratione certarum rerum et con
ditionum, in eodem Scripto Manuali contentarum, de Actu
et data illius, in Villa Sosnica, die decima Martij, Anno

praesenti confectum, conscriptum, et datum, manu sui
Recognoscentis propria subscriptum. In omnibus et singu-
lis eiusdem scripti manualis conditionibus, punctis, clau-
sulis, articulis, vadio, ligamentis, ac nexibus in univer-
sum omnibus, eidem Generoso Andreae Zurowski, ipsiusque po-
steris firmiter tenere, complere, exequi, ac inviolabi-
liter observare, omnibusque et singulis eiusdem scripti
manualis contentis, tam in toto, quam in quavis mini-
ma parte, toties quoties opus fuerit satisfacere scri-
ptum praefatum manuale, ad inscriptionem praesentem robora-
toriam, et inscriptionem praesentem roboratoriam, ad prae-
dictum scriptum manuale vicissim in toto referendo,
sub vadio summae mille quadringentorum florenorum
polonicorum, per eundem Illustrem et Magnificum Recogno-
scentem, vel eius successores, supradicto Generoso Andreae
Zurowski, vel eius posteris, ob non complectionem con-
tentorum scripti praefati manualis, omnium et singulorum,
tam in toto, quam in parte, toties quoties opus fuerit
ad solvendum succumbendo, pro quo quidem vadio mo-
do praemisso ad solvendum succubito, ac pro re aliqua
principali, ex contentis scripti eiusdem manualis, non
completa complenda, citatus existens memoratus
Recognoscens, Illustris et Magnificus Castellanus Pre-
mysliensis sive eius successores, ad instantiam praefati
Generosi Andreae Zurowski, vel eius posterorum,
ad officium praesens castrense capitaneale Premysliense,
extunc recessu suprascripto, quo ad respondendum
spectat mediante, semper in primo citationis termi-
no, tanquam peremptorio, stare, iuri parere, respon-
dere, vadium praefatum luere, inscriptioni huic satis-
facere, ac omne iudicatum pati debebit et tenebi-
tur, seque, ac suos successores, ad eadem omnia
inscribit et obligat praesentibus, illum terminum primum
peremptorium, et alios omnes, exinde consequentes,
causae eiusdem terminos, semper peremptorios, vera
infirmitate, pro maiori, minorennitate successorum,

legatione intra vel extra Regnum, servitio militari, ad munimenta, ad Guictorem, vel alys quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo, ad quietationem praeterea ultra proximos officy praefati Castren Capitan Premyslien Terminos, dilationem sibi non recipiendo, nullasq motiones, Appellationes, ac earum prosecutiones faciendo, ac praemissa omnia poenis simplicibus, vel replicatis, Quationibus, suspensionibus, fatalys Iuris, praescriptione Terri, bello, conventioneq, ac alys omnibus Iuris remedys, et defensis non subterfugiendo, ne modo alio quovis evadendo. Hac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Fałęcki nomine Żurowskie Castellanum Premisl: Quietat.

640 Comparens personaliter, coram officio, et Actis praesentibus Castren Capitan Premyslien, Gnosus Ioannes Fałęcki. sanus mente et corpore existens, à Terris, Districtibus Iuribus, Iurisdictionibusq suis quibusvis propriis et competentibus recedendo, praesenti vero Castren Capitan Premyslien Iurisdictioni, quo ad Actum hunc attinet, secum successoribus, bonisq suis generaliter omnibus, totaliter et plenarie incorporando, atq subyciendo, palam, libere, publice, ac per expressum recognovit; Quia ipse nomine Gnosi Andreae Żurowski parentis sui Recognoscens Consortis, Gnosae Annae Żurowska, pro cuius ratihabitione cavet, ac se praesens inscribit: Illustrem et Magnificum Martinum Constantinum à Stecin, in Krasiczyn Krasicki, Castellanum Premyslien, eiusq posteros: de scripto certo manuali, super summam Mille Quadringentorum florenorum polonis, per eundem Illustrem et Magnificum Castellanum Premyslien, in rem et manus suprascripti Gnosi Andreae Żurowski dato, et Actis Terrestribus Premyslien